

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gloria mala siue uana ak
cum fonte primo

O quantum erat seculi decus,

Catonem uno caballo esse contentum et ne toto quidem!
Partem enim sarcine ab utroque latere dependentes occupabant.

O quam cuperem illi nunc aliquem occurrere ex hiis trussulis in uia,
et multum ante se pulueris agitantibus!

Seneca ibidem (LXXXVIII. epistola).

→ O quam cuperem illi nunc occurrere aliquem ex his trossulis, in via divitibus,
cursores et Numidas et multum ante se pulueris agentem!
Hic sine dubio cultior comitatorque quam M. Cato videretur,
hic qui inter illos apparatus delicatos cum maxime dubitat
utrum se ad gladium locet an ad cultrum.

O quantum erat saeculi decus,
imperatorem, triumphalem, censorium, quod super omnia haec est,
Catonem, uno caballo esse contentum et ne toto quidem;
partem enim sarcinae ab utroque latere dependentes occupabant.

← Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 87.9-10
(L. Reynolds ed., vol.1, pp.304-5, ll.25-29, 1-5).